

CAPUT XV.

Qualiter ad monasterium transeat majoratus, seu dum, emphyteosis, res cum pacto non alienandi tradita, prescriptum.

SUMMARIUM.

- Quot quaestiones disputanda sint, n. 1.
- An novitius retineat qualemcumque majoratum in saeculo possessum, & in qualemcumque succedat, etiam si clausula sit excludens religiosus? n. 2.
- Quid de religiosis, qui in Societate Jesu vota biennii emisere? n. 3.
- An in majoratu sit clausula excludens religiosos, censetur hi quoque excludi? n. 4.
- An succedant commendatores, quavis sit praedicta clausula? n. 5.
- An succedant alii religiosi aut monasterium, quando est clausula excludens monachos, & an sit licita ea clausula, & que excludit clericos? n. 6.
- An censetur apposta haec clausula, quando majoratus non scriptura, sed immemoriali prescriptione constat? n. 7.
- Quando profectus sit in monasterio incapax succedendi, nec succedit profectus, nec monasterium in majoratum, & quid de condutoribus formati Societatis Jesu? n. 8.
- An statim a die professionis succedat sequens vocatus? referatur quaedam sententia, n. 9.
- Sententia Auctoris, Et quid dum aliquis emitit professionem, aut vota conscripturam in Societate Jesu? n. 10.
- An si majoratus annexam jurisdictionem habet, succedat in illum monasterium capax succedendi nomine profectus? referatur quaedam sententia, n. 11.
- Sententia Auctoris, n. 12.
- Quid si in majoratu initis non habeat jurisdictionem, & post habeat? n. 13.
- An possit majoratus habentis jurisdictionem institutor vocare monachos ad ejus successionem? n. 14.
- An semper in ejusmodi majoratus non succedant motachi? n. 15.
- An in majoratum carentem jurisdictione succedant? n. 16.
- An quoties majoratus non transit in monasterium, sed professio amittitur, repetitur proximior ad succedendam, qui proximior est monacho tempore professionis, an qui tempore mortis? & an tunc profectus filius legitimus illius monachi paterno secundo genito? & utra horum temporum consideretur proximior, quando monasterium succedit in majoratum? n. 17.
- An succedat monasterium in majoratum institutum ad conservandam agnationem, & familiam? referatur quaedam sententia, n. 18.
- Explicatur sententia Auctoris, Et an sane statuto excludente faminas propter masculos a majoratu, succedat monasterium loco profecti exclusi famini? n. 19.
- Hoc intelligendum est quando majoratus est talis, a quo potest excludi religiosus, n. 20.
- An in fideicommissum familia, & agnationi relictum succedat religiosus? n. 21.
- An succedat in majoratum petentem deferri nomen, & arma? referatur quaedam sententia, n. 22.
- Sententia Auctoris, n. 23.
- An monasterium succedat in majoratum, a quo excluduntur familiae, n. 24.
- An succedat monachus in majoratu Missione? n. 25.
- An sit consuetudo excludendi monachi, quando instituitur majoratum habeat tunc filium monachum, & praetuli ei filius, aut alios consanguineos? n. 26.
- An monasterium in majoratu successione praesertur filio naturali? n. 27.
- An monasterium succedat in majoratum, quando profectus testatus fuerat ante professionem? remittitur. Et quando successit monasterium, an transeat ad posterius, eo profectio legitime ad id translata? & si sit ordo Minorum posterius monasterium, cesset omnia professione illius, & recuperet eum majoratum priori monasterio acquisitum, si postea fiat capax? & an possessor majoratus sit dominus concorum majoratus, aut tantum usufructus? & eo mortuo, ad quem pertineant fructus? n. 28.
- An monasterium succedat in majoratum, quando profectus antea generaliter renunciationem hereditatis, aut bonorum, aut ejusdemque juris fecerat? n. 29.
- An quando monasterium venit succedere in majoratum ex expressa, aut tacita institutione voluntatis, si ante professionem legitime successerat, excludatur a die professionis? proponitur variis dubiis, n. 30.
- Explicatur sententia Auctoris, & an casus superueniens tollat jus acquisitum, & cessante causa, cesset effectus jam consummatus? n. 31.

1 Quadruplex quaestio involvitur disputanda. Prima de majoratu. Secunda de feudo. Tertia de emphyteosi. Ultima de re tradita cum pacto alienandi.

2 Quaestio prima. An monasterium succedat in majoratum profecti? Qua in se praemittimus, quae apud auctores certiora sunt, deinde ad dubia disputanda progressum faciemus. Et quidem quando religiosus est novitius, certum est illum succedere in qualemcumque majoratum, ac cum antea possessum retinere, quia nondum est effectus religiosus, nec incapax proprii retinendi, & sic, sicut nec aliis bonis, nec jure in ea succedendi spoliatur, ita nec hoc jure. Atque ita docent Alberic. authent. ingressi num. 31. & ibi Signorol. num. 34. C. de sacrosanct. Eccles. Gregor. Lopez. lib. 2. verb. fendo in 15. part. 2. Marienzo lib. 5. recipit. tit. 7. lib. 1. glof. 1. num. 17. Molina Societatis Jesu tom. 3. de just. disp. 623. num. 1. Manuel quast. regular. tom. 2. quast. 78. art. 12. paulo post princip. Atque id est verum, quavis in eo majoratu sit clausula excludens religiosos, quia novitius nondum iuratus est, sed in via, ut sint c. religiosi de sentent. excommunic. in 6. nec in his odiosis nomine religiosorum comprehenduntur, ut probant supra.

3 Similiter succedunt religiosi, qui in Societate Jesu votis biennii ligati sunt, quicumque majoratus ille sit: quare per ea vota nullus majoratus perditur. Quia per ea vota non redduntur incapaces ejusdemque successione in quacumque bona, & domini illorum. Et ita docet Molina Societatis Jesu num. praesed. allegatus. Quare ut certa, & firma esset majoratum successio, statutum est in quinta congregatione generali Societatis Jesu, canone 4. ne deinceps habens majoratum admittatur in Societatem in Hispania absque licentia Patris nostri Generalis, & iis donis sit praedictis, ut post biennium novitatus possit admitti ad solemnem trium votorum professionem, & vel sic professus fiat omnino incapax, & tunc succedat sequens vocatus.

4 Sed potest esse dubium, an hi succedant, quando est clausula in majoratu, excludens ab illius successione religiosos. Videtur enim pars affirmans, etiam in eo casu eos succedere, nec includi in ea exclusione, inde fraderi, quia mens institutorum similem clausulam apponuntium est, ne monasterium in eum majoratum succedat, ac nomen familiae sit quasi conscriptum. Ad Societas Jesu non successit, sed ipsi religio: ergo non censetur per eam clausulam excludi. Item, quia non praesertitur intentio instituentis excludere suos descendentes, sed monasterium: quod quali extraneum reputat. Sed, ut accipi a viro hde digno, qui Vallisoleti causi dicitur fuerat eo tempore, mota est ibi libi circa hoc, ac obtinuit pars contraria, ut tunc libi religio non succedat, sed censetur exclusi. Et mox iudicio libi iure optimo sententia Senatus illius regii decium est, quod hi sint veri religiosi, & quavis capax succedendi, nec Societas succedat: at non succedunt, ut retineant, sed ut renuncient, & possunt renunciare in favorem extranei, & sic familiaris nomen erit conscriptum toto vitae illius religiosi tempore. Quod damnum ex parte voluit institutor majoratus excludens religiosos. Adde eum non conservare dignitatem, & honorem familiae, quavis in de posset majoratum retinere, quibus conservandis ea clausula apponi solet, ut infra dicemus, cum debeat instar pauperis religiosi vitam transigere.

5 Similiter succedunt in majoratum qualemcumque Commendatarii equites, qui uxorem ducere possunt, quavis addit clausula excludens religiosos, quod si non censetur religiosorum nomine in hac exclusionem comprehendere, ut pote qui familiam conservant, & successionem possunt habere. Atque ita docent Molina lib. 1. de primogen. cap. 13. num. 98. & Molina Societatis Jesu tom. 3. de just. disp. 623. num. 5. Manuel quast. regular. tom. 2. cap. 78. art. 12. statim in principio. Quid autem dicendum sit de Commendatariis Divi Joannis, qui matrimonium inire nequeunt, digemus infra.

6 Reliqui autem religiosi nequaquam succedunt, nec monasterium nomine illorum, quoties a primo majoratus institutore adiecta est clausula, ne in illum succedant monachi. Quod haec conditio excludens monachos aut clericos a successione, non eo tendit, ut ab hoc statu retrahat, sed ut familia conservetur; & ideo conditio haec tamquam satis congrua fini, ad quem majoratus locus instituit, est iusta, & valet. Atque ita docent Jean. Lup. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 16. n. 14. Covar. lib. 1. variar. c. 19. n. 10. §. 11. Marcar. in epit. fideicommissi. q. 31. in fin. Molina lib. 1. de primogen. c. 12. n. 54. Padilla l. cum acutissimi n. 45. C. de fideicommissi. Meres late probans de majoratu, in l. edit. 2. p. q. 3. a num. 1. usque ad 5. Cabedo in decisio. Senatus Lusitani p. 1. decis. 133. num. 6. & 9. Spino specul. testam. glof. 12. princip. lib. 1. num. 33. Gutierrez quast. canonicae lib. 2. c. 25. num. 6. Tapia authent. ingressi verb. Iua c. 16. num. 11. C. de sacrosanct. Eccles. Alvaraz. de consuetudina mente defuncti lib. 2. c. 3. initio num. 2. Camill. Borell. conf. 17. nu. 37. & 38. vol. 1. Phil. de officio sacerdot. tom. 2. lib. 6. p. 2. c. 21. Sfort. Odd. conf. 19. num. 24. vers. 2. responso lib. 1. Flor. de Mens lib. 1. varior. q. 16. §. 2. num. 7. in fin. Mantie. de consuet. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 28. & 29. Caldas de nominat. emphyt. q. 6. num. 14. & Gutier. lib. 1. quast. canonicae. c. 32. num. 30. n. 2. edit. Molina Societatis Jesu tom. 1. de just. disp. 207. col. penult. concl. 2. in fin. & 3. tom. disp. 623. n. 3. Manuel quast. regular. tom. 2. q. 78. art. 12. col. 4. vers. 5. certum est. Potest etiam institutor statuere, ut eo ipso quod possessor majoratus efficitur clericus, aut monachus, majoratus statim sequenti defertur utroque loco, Meres eadem q. 3. n. 4. in fin. Quod quidem limitandum est, ut intelligatur in hoc Castellae regno de majoratu regia facultate instituto. Quippe parentes ex tertio bonorum primogenium instituentes nequeunt religiosos filios, aut filias moniales excludere, quia teneant servare ordinem praescriptum in l. regia 7. Tauri, quae hodie est l. 1. tit. 6. lib. 5. nova recipit. quae lex id non permittit. Et ita docent Molina lib. 2. de primogen. c. 12. n. 55. Angul. de melioratione. l. 11. glof. 4. n. 9. Gutierrez. & Manuel proximè allegati. Sed intellige, non posse tunc excludere filios monachos, aut filias moniales, quando non supersunt alii descendentes. Nam juxta illam legem sunt omnes descendentes prius vocandi; at aliis descendentibus existentibus, possunt prius illi vocari; at aliis descendentibus existentibus, possunt prius illi vocari; exclusi proximioribus monachis, aut monialibus. Quippe quicumque illorum possunt in tertio alii praesertiri, ut ibi habetur, & ita docet Angul. ibidem. Similiter potest apponi praedicta conditio, quando majoratus esset institutus ex solo quinto bonorum, quia de eo potest pater liberè disponere, atque adeo potest gravamen quodcumque adijcere.

7 At quando majoratus non constat scriptura, sed sola immemoriali prescriptione, non praesertitur apposta hujusmodi clausula excludens religiosos, aut clericos. Quod immemorialis aliquorum bonorum praescriptio tamquam vinculo majoratus subjectorum, solum probat ea esse ei oneri subjecta juxta majoratus naturam, & communem eum succedendi modum, non autem probat, quae majoratus accedentaria sunt, & quandoque apponuntur, quandoque autem non: quale est hoc juxta doctrinam Barrol. reper. l. de quibus n. 16. ff. de legib. & communiter scribentium ibi. Et sic docent Molina lib. 1. de primogen. c. 13. n. 100. & alter Molina Societatis Jesu tom. 3. de just. disp. 623. in fine. Ad id alter Molina eo n. 100. praesertim hanc clausulam, quando tempore ad id praescribendum sufficienti in casibus occurrentibus monachi simpliciter, & indistincte exclusi fuerint. Tunc enim observandum erit, quod in casibus similibus observatum fuit. Quare non approbo quod ait alter Molina societatis Jesu eadem disp. 623. in fin. nempe, vi talis praescriptionis non possit plures excludi, quam fuerit competent tempore ad id praescribendum necessario fuisse excludi, quia melius dicit prior Molina sufficere ad excludendos praesentes, eo tempore sufficienti ad praescribendum fuisse simpliciter, & indistincte exclusos religiosos.

8 Nec succedunt in majoratum religiosi profecti in monasterio succedendi incapaci, nec monasterium succedit ex eorum persona, quia in nulla alia professi bona succedit, nedum in majoratum. Et de hoc nemo dubitat, sed fatentur omnes citandi tamquam certum. Ac ideo nec coadjutores formati Societatis Jesu succedunt. Quippe per illa vota, etsi simplicia, redduntur ejusdemque successione incapaces, ut dicemus n. 10.

9 His ergo tamquam certioribus praemissis, vertitur primo apud auctores in dubium, an statim in majoratum profectore proficiente in religione incapaci succedat sequens vocatus. Quidam negant, dicentes heredes illius monachi posituros fructibus illius majoratus, dum monachus naturaliter vixerit, sicut postitum erat monasterium, si successione capax esset. Hujus sententiae erunt omnes illi auctores, quos retulimus hoc libro supra dicentes, non statim ac religiosus hic profectus, debet bona haeredibus institutis in testamento, nisi post mortem naturalem, & interim potiores haeredes ad intellecta. Eisdem etiam sententiae iur dicentes, gravato restitueret hereditatem, qui absque liberis decederit, proficiente in religione incapaci, non debet hereditatem substitui, sed dum vivit naturaliter monachus, haeredibus ad intellecta, vel aliis pauperibus, ut dicant alii, quos omnes referemus hoc cap. inferius. Et in propriis terminis docet Spino specul. testam. glof. 12. in princip. n. 34. & 35. fatetur tamen n. 37. in Castellae statim succedunt sequentem vocatum ex l. regia 45. Tauri hodie l. 8. tit. 7. lib. 7. recipit. Quae, mea sententia, non facit ad rem: solum enim decedit mortuo possessore majoratus, statim transferri majoratum in sequentem vocatum absque alia apprehensione: quare atque haec lege, eadem prorsus difficultas manet, an hujusmodi profectio aequivalat morti naturali?

10 Sed verissima sententia est, statim a die professionis devotus majoratum ad sequentem vocatum, non aliter, ac si ille naturaliter mortuus fuisset. Ducor, quod ea profectio aequiparetur morti naturali quoad omnes succedendi effectus, ut probavimus hoc libro superius. Insuper, quia verissima sententia habet, gravato restitueret, si absque liberis decedat, profectio in religione incapaci, debet statim a professione hereditatem substitui, ut supra hoc libro probavimus. Et ideo hanc partem sustinent Molina lib. 1. de primogen. c. 13. n. 69. & 70. Meres de majoratu in 1. edit. p. 2. q. 3. n. 6. & p. 3. n. 1. Cald. de nominat. emphyt. q. 6. n. 14. & de renovat. emphyt. q. 12. n. 49. Avendaño junior l. 40. Tauri glof. 4. n. 11. Molina Societatis Jesu tom. 3. de just. disp. 623. n. 2. Manuel quast. regular. tom. 2. q. 78. art. 12. col. 4. vers. 5. certum est. Potest etiam institutor statuere, ut eo ipso quod possessor majoratus efficitur clericus, aut monachus, majoratus statim sequenti defertur utroque loco, Meres eadem q. 3. n. 4. in fin. Quod quidem limitandum est, ut intelligatur in hoc Castellae regno de majoratu regia facultate instituto. Quippe parentes ex tertio bonorum primogenium instituentes nequeunt religiosos filios, aut filias moniales excludere, quia teneant servare ordinem praescriptum in l. regia 7. Tauri, quae hodie est l. 1. tit. 6. lib. 5. nova recipit. quae lex id non permittit. Et ita docent Molina lib. 2. de primogen. c. 12. n. 55. Angul. de melioratione. l. 11. glof. 4. n. 9. Gutierrez. & Manuel proximè allegati. Sed intellige, non posse tunc excludere filios monachos, aut filias moniales, quando non supersunt alii descendentes. Nam juxta illam legem sunt omnes descendentes prius vocandi; at aliis descendentibus existentibus, possunt prius illi vocari; at aliis descendentibus existentibus, possunt prius illi vocari; exclusi proximioribus monachis, aut monialibus. Quippe quicumque illorum possunt in tertio alii praesertiri, ut ibi habetur, & ita docet Angul. ibidem. Similiter potest apponi praedicta conditio, quando majoratus esset institutus ex solo quinto bonorum, quia de eo potest pater liberè disponere, atque adeo potest gravamen quodcumque adijcere.

11 Secundo dubitatur, an quando majoratus habet annexam jurisdictionem in aliquo oppidum, villam, aut castrum, & succedat in illum monasterium succedendi incapax, ex persona profecti. Duplex est sententia. Prima fuisse succedere. Ducitur primò, quod monasterium hujusmodi habeat pro se regulam generalem, ut in omnia profecti bona, & jura succedat, autem ingressi C. de sacrosanct. Eccles. nec sit temere a regula discendum: quin potius in dubio potiores sint habentis pro se regulam patris, ac pro illo judicandum sit, ut tradunt Baldus l. si tutor, & sine C. de peric. tutor. Tiraguell. de retrahit lignagor. §. 1. glof. 9. n. 210. Decian. quast. 240. n. 5. lib. 1. & conf. 1. n. 34. lib. 2. Secundo, quia privati monasterium hanc successione est poena, cum jus generale sibi competens restringatur: poena autem irrogari nequit, nisi in jure sit expressa, ut tradit Glossa penultima ad final. communiter recepta cap. final. de jurepatron. & latissime Tiraguell. l. si unquam verb. reveratur, in nova edit. n. 249. & dupli sequenti C. de renovand. donat. ubi n. 251. allegato Dominico concludit, poenas non esse imponendas ex solis Doctorum opinionibus, sed in solis casibus juris expressis. Tandem, quod monasteria virorum, ac mulierum capacia sint jurisdictionis temporales habendi, ut constat ex cap. cum dilectus de ordinat. cognit. Hanc sustinet Everard. conf. 210. num. 32. Avendaño junior l. 40. Tauri glof. 4. n. 39. limitans n. 45. nisi majoratus sit ex iis, qui summam dignitatem, aut jurisdictionem habent, quales sunt Regnum, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus; & Manuel, assensens in hos quoque succedere, latissimeque probans regular. quastionum tom. 2. quast. 78. art. 12. col. 4. & vers. quod autem in dubio versatur, usque in fin. concludens in fine, sic sententia Judicum Senatus Pincianus pronuntiavit fuisse in favorem monasterii de las Huelgas in majoratu oppidi de Villa Garza, & aliorum oppidorum, qui morte Ludovici de Guixada vacarant.

12 Posterior sententia (cui tamquam multo probabiliori accedo) fuisse, succedendi in hujusmodi majoratu esse incapacia monasteria quaecumque. Ducor primò, quod monasterium non succedat in Regnum, Ducatum, vel Comitatum, ut tradunt Glossa cap. scriptis nobis verb. dignitate 27. quast. 2. communiter recepta ab Archidiacono, & ceteris scribentibus ibi, Bald. cap. cum in magistrum num. 3. de elect. l. final. §. hoc etiam num. 4. C. de Episcop. & cleric. §. l. dato opera num. 44. C. qui accus. non poss. s. peccatorum dicens sic consuetudine servari, de statu monach. §. unico num. 15. Panlus authent. ingressi num. 10. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Albericus num. 3. Felix. Barbat. Roman. quos refert, & sequitur Tiraguell. de nobilitate cap. 26. num. 3. Doctus. Nicolaus de Thald. Laudens. Joann. Lecirier, quos refert, & sequitur Molina lib. 1. de primogen. cap. 13. num. 81. Gregor. Lopez lib. 2. verb. fendo homo tit. 13. part. 2. Cifam. lib. 40. Tauri quast. 6. & ibi Anton. Gomez num. 66. Gamma decis. 6. num. 3. Jul. Clar. lib. 4. rurs. §. fendum 4. tit. 78. num. 3. Atque idem dicunt de feudis hujusmodi dignitates habentibus annexas alii, quos referemus infra. Qui omnes ea ratione nituntur, quod monachus non possit per se commodè hanc regere, & administrare, quae ratio in omnibus aliis majoratibus jurisdictionem habentibus locum habet, cum multo sint absque titulo Comitatus, Marchionatus, & multa majorem aliquibus ex illis jurisdictionem habentes, nec certa jurisdictionis latitudine praescribi queant, cum qua, ut minori, non autem cum majori, possit majoratus ad monasterium pervenire: ergo ab omnibus illis excluditur monasterium. Secundo, quia nequit succedere in feudum jurisdictionem habens. Tandem (atque haec ratio plus ceteris me movet) qua, ut attollatur, Molina eo cap. 13. num. 94. & ferè omnes citandi cum illo, sic admissum est universalis Hispaniae consuetudine, quae hucusque nec visum, nec auditum est monasteria in hujusmodi majoratus ex profecti persona succedere, ex verisimili institutorum voluntate, qui censentur nullatenus vel le majoratus hos ad monasteria pervenire, immo id valde abhorre, utpote qui ad perpetuam familiae conservacionem, ejusque decus instituantur. Nec obstant in contrarium num. praesed. adducta, Nam ad primum dico non temere recedi ab ea generali regula, sed prudenter, & cum neque fundamento, longeva consuetudine, & magna ratione eam regulam temperantibus. Ad secundum dico, privationem hanc non ex sola Doctorum opinione induci, sed ex praesumpta institutorum voluntate deducta longeva consuetudine. Ad ultimum dico, non excludi monasterium ab hac successione, quod jurisdictionis temporalis incapax sit, sed ex praesumpta institutorum voluntate. Et ideo hanc sustinent Molina eo cap. 13. largissime probans a num. 81. usque ad 94. ubi concludit ita decium esse sententia supremi Castellae consilii, seque nolle suum iudicium interponere, eo quod ab ea sententia supplicatum sit, lisse adhae pendet, Joann. Lecirier. lib. 3. de primogen. quast. 4. num. 15. (habetur tom. 10. tract. part. 1.) Ant. Gomez lib. 40. Tauri, num. 66. & ibi Corajo in addition. ad eundem num. Ludov. de Castaneta conf. 26. n. 8. & 9. vol. 1. dicens, ita lite agitata obtentum esse in regio Senatu Aragonensi Sumr. conf. 557. n. 13. vol. 4. Grassi 2. p. Decis. S 3 lib. 3.

lib. 2. c. 19. num. pauli. Alvarad. de consuetudine mente defun-
ti lib. 2. c. 2. in initio num. 4. Cald. de nomin. emphy. qu. 6.
num. 14. Cabello dicens sic sepe iudicatum in decis. Sena-
tus Lusitan. 1. p. decis. 133. a num. 7. usque in fin. Spino specul.
testamont. gloss. 10. princ. num. 33. Marienzo l. 5. recopit. tit. 7. l. 1.
gloss. 1. num. 16. Mol. Societatis IESU tom. 3. de iust. disp. 623.
num. 4. Tapia aurb. ingressi verb. sua c. 16. num. 8. C. de sacros.
Eccles. Flor. de Menz addit. ad Gamam decis. 6. num. 2. epul. 5.
c. lib. 1. variat. q. 16. §. 2. num. 2.

13 Quod si majoratus adicitur ab eodem institutore post
majoratum irrevocabiliter institutum, vel à quocunque alio
iurisdictione, v. g. prius ad iudicium erant tria praeiudicia sine iu-
ridictione, & deinde addita est iurisdictione, succedet mona-
sterium in praeiudicia illa; & primo vocatus in iurisdictionem.
Ratio est, quia quando maioratus aliquid adicitur quasi ac-
cessorius, quemadmodum illa iurisdictione adiecta est, non se-
cessitior prioris maioratus naturam, nisi, qui adiecit, cum
conditionibus prioris maioratus id se adicere declaraverit,
ut optime docet Mol. lib. 1. de primogen. c. 26. a num. 3. usque ad
6. & qui hoc adiecit, non potuit naturam prioris maioratus
immutare, nec jus, quod monasterium habebat succeden-
di in illum, si primogenitus, ad quem pertinebat, re-
ligionem ingrederetur.

14 Hinc deducitur primò, posse maioratus institutorem
vocare monachos ad maioratus habentis annexam iurisdictionem,
successionem, sive ex regia facultate, sive ex bo-
nis patrimonialibus institutus sit, quia non sola monasterium
iurisdictionis temporalis incapax, sed ex sola institutoris volun-
tate praesumpta rejicitur ab hac successione. Atque ita
docet Molina lib. 1. de primogen. c. 13. num. ult.

15 Secundo deducitur, hanc posterorem sententiam
temperandam esse, ut vera sit in eo solo casu, in quo post
testatoris monasterium à maioratus successione excluden-
te, quem casum num. 6. explicuimus: quia quando expressa
voluntate non potest excludi, minus poterit praesumpta,
nec monachus in hoc alia ratione excluditur, quam
ex praesumpta institutorum voluntate firmata consuetudine,
ut optime docet Molina Societatis IESU allegatus num-
ero 12.

16 Dubitatur, an succedat monasterium capax succeden-
di ex persona profelli in eius maioratus iurisdictione care-
ntem. Qua in re est frequentissima sententia, id succedere,
respeque totam illius maioratus commoditatem, in-
terim dum monachus naturaliter vixerit, & eo mortuo
transire ad ultimum naturae: Quamvis enim in majoratus
Hispanis dubitent aliqui ex allegandis, id contingit,
quia instituitur ad familiam conservandam, & cum onere
conservandi statim in 4. dubio disputabimus. Ratio prioris
partis est, quia cum in dubio disputabimus. Ratio prioris
partis est, nec iure aliquo, aut legitima consuetudine
ab his maioratibus excludatur, succedit in illo. Posterio-
ris autem partis est et ratio, quoniam successio in majora-
tus est ex primi institutoris vocatione, & ab illo accipi-
unt vocati maioratus, non verò ab ultimo possessore,
quare nequit religiosus sua professione praedictare ceteris
vocatis, ut eo mortuo non statim succedant. Atque ideo
hanc sententiam sustinent Molin. lib. 1. de primogen. c. 13. nu-
m. 95. Gama decis. 6. num. 2. c. 4. dicens, sic sententia decem
Anton. Gomez l. 40. Tauri num. 66. c. 1. ibi Avendanno junior
gloss. 1. num. 13. Cald. de nominat. emphy. qu. 6. num. 14. Spino
specul. testam. gloss. 12. princ. num. 33. Peregrin. consil. 47.
num. 4. vol. 1. Relasconi consil. 101. num. 7. tomo 1. Cabello dicens
sic sepe declinatum in decis. Lusitan. 1. p. decis. 133. a num.
7. usque in fin. Marienzo lib. 5. recopit. tit. 7. l. 1. gloss. 1. num.
18. Tapia aurb. ingressi verb. sua c. 16. num. 9. C. de sacros.
Eccles. Flor. de Menz Addition. ad Gamam decis. 6. num. 2. concl.
1. c. 6. lib. 1. variat. c. 16. §. 2. num. 5. Manuel quast. regul.
tom. 2. quast. 78. art. 12. col. 2. var. 4. certum est, Molina So-
cietatis IESU tomo 3. de iust. disp. 623. num. 3. Quare immerito
Merz. de majoratu in 1. edit. 2. p. qu. 3. num. 33. ab hac
sententia communiter recepta difcedit sic distinguens:
si ante professionem monachus successerit in hunc majora-
tus, succedet eius professione monasterium in illum: si au-
tem non successerit, sed post professionem adventit successe-
rio, non succedet monasterium, sed sequens vocatus. Quod
non alia ratione probat, quam ex eo principio, quod diffi-
cilius sit rem possessam auferri, quam de novo acquiri:
atque ob id multa de novo acquiri nequeant, quae tamen
semel acquisita non auferuntur. Ad quod principium proban-
dum multa cumulat. Sed quamvis id principium indu-
bitatum sit, nihil probat in presenti casu; esse enim proban-
dum id verificari in hoc casu: quare non est receden-
dum à communissima sententia allegata, dicente monaste-
rium non aliter succedere in hunc maioratum durante mona-
chi vita, quam in alia eius bona. Quare sicut in alia
bona, vive ante professionem, sive post, ab ipso acquisita
succedit, ita & in maioratum, sive ante, sive post profes-
sionem adveniat.

17 Atque quoties professione sit incapax successu-
dendi in maioratum, eo quod fiat in monasterio incapaci
succedendi, aut eo quod iurisdictionem annexam habeat,
aut quia excluditur ex peculiaribus ipsius maioratus legibus
professus, iudicandus erit profellus hic à tempore profes-
sionis, ac omnino naturaliter mortuus, atque iudicabitur

proximior ad succedendum, qui tempore talis professionis
proximior fuerit: quippe tunc successio defertenda est. Ac,
quae ita docent Molina lib. 3. de primogen. c. 2. num. 13. Merz.
de majoratu in 1. edit. 2. p. qu. 3. num. 32. Atque in alio fi-
simili allegatus Petro Cyno, & Alvarico tradit Gregor. Lopez l. 8.
verb. de heredit. rit. 29. part. 2. ubi ait, quando ob civilem
captivitatē mortem amittitur maioratus, proximiorē ad
successionem esse non eum, qui tempore mortis naturalis
proximior est, sed qui tempore eius mortis civilis, quo
successio defertur. Quare tunc succedet frater illius mona-
chi secundo genitus, nisi monachus ille descendente legiti-
mum reliquerit: ille enim praefertur patruo, & succedet,
ut disposuerit est l. regia 40. Tauri, & hodie l. 5. tit. 7.
lib. 5. recopit. Quae non tantum accipienda est, quando pos-
sessor moritur naturaliter, sed etiam quando civiliter. At-
que ita docet Molina ibid. Gregor. Lopez l. 2. verb. si verale,
pauli post princip. tit. 15. part. 2. Merz. ead. qu. 3. n. 6. Quam-
vis autem monasterium non excluditur à maioratus successe-
sione, sed ex monachi persona succedit, tunc is erit ad
succedendum proximior, qui tempore mortis naturalis il-
lius monachi proximior fuerit: quippe tunc succedendum
est. Et ita bene docet Merz. eadem qu. 3. nu. 32.

18 Quartò dubitatur, an succedat monasterium succeden-
di capax in maioratum iurisdictione carentem, institutum
tamen favore agnationem, familiarum conservandi? Qua
in re duplex est sententia. Prior ait succedere. Ducitur,
quod monachus non perdat iura sanguinis, nec desinat esse
de familia, & agnatione, ut fangi supra cap. 12. num.
13. Atque ideo optime dicit Cephal. consil. 53. num. 98. vol. 1.
in monacho conservari agnationem. Secundo quia, cum
monasterium non sit perpetuo retenturum maioratum, sed
sola profelli vita, non dicitur extingui familia, & agnatio
ex temporanea monasterii successione, quamvis admittetur
in monacho non conservari agnationem: Quippe non
dicitur amittitum, quod non ita dicitur, quia ad propriam
naturam rediturum sit l. pro parte §. verum §. de in rem vers.
Tertio, qui stante statuto excludente feminas propter ma-
culos, monasterium succedet loco profelli, excluduntur
que feminæ, ut tradunt Lupus in nova edit. allegat. 101.
num. 6. c. sequenti, Brun. de statuto excludente feminas propter
maculos, art. 2. principali, quast. 12. Part. consil. 47. num.
62. lib. 3. Port. consil. 23. num. 32. Molina Societatis IESU tom.
3. de iust. disp. 623. num. 3. in 2. argum. iuncto num. 5. in eius
solutione, affirmatque ideo tenere alterum Molinam libro 1.
de primogen. cap. 13. numero 80. Sed immerito, quia Molina
id non affirmat, sed format id argumentum ad probandum
contrariam sententiam suam, nempe, monasterium
succedere in maioratum habentem iurisdictionem. Atque
ita non videtur id concedere: sed ex exclusio sit ratione
agnationis conservanda, ut tenent multi, quos refert Mo-
lina lib. 3. de primogen. cap. 5. num. vigesimo quinto & quavis
alios refert nu. 29. dicens contrarium in testatoris dispo-
sitione: at ipse concludit num. 29. in statuto procul dubio
esse verum, habitam esse in ea exclusione rationem conse-
rvandi familiarum, & agnationem: scus autem in dispositio-
ne testatoris, vel aliter dispositis: praesumitur enim aliis
quoque rationibus ductis. Si ergo eo existente statuto, est
certum maioratum censeri institutum ad conservandam agna-
tionem, & tunc succedit monasterium, nec excluditur propter
hanc causam. Tandem, quia consilium Decii 252. num.
2. c. 3. volumus. 2. cui contraria sententia maxime in-
iuritur, illam non probat: quamvis enim Decius ibi afferat fi-
deicommissum relictum filii, si liberis non habentibus, ut
restituatur cuidam substituto, ea reddita ratione, quod vel-
let fideicommissum bona illa in sua familia perseverare, &
non acquiri monasterio per instituti illius professionem, sed
fuccedere substituto excludo monasterio. Hæc i. nomen,
doctrina sententiam hanc non probat: quia Gama decisio 6.
numero 3. dicens ita sentisse Barbozam, qui tum temporis
erat suus collega, & respondet Decium loquentem esse in ter-
minis casus cap. in presentia, & de probat. in quo casu, quando
succedit monasterium gravato sub conditione, si sine liberis
decedat: profertur postea in religione succedit in perpetuum
exclusio substituto, ut dicemus cap. sequenti: quia
perpetua monasterii successione alienarentur omnia bona
extra familiarum. Et ideo optime dicit Decius id additum
conjecturam esse sufficientem, ut credatur exclusum monaste-
rium à successione illa perpetua, quæ eo addito non exi-
stente ipsi competere. At nos loquimur de successione tem-
poranea, qua exclusio substituto ad tempus vite monachi,
succedit monasterium in ea bona restituta substituto, &
familie post naturalem illius profelli mortem: quo tem-
pore, & non antea restituentia essent eo manente in sa-
culo. Et ideo pro hac sententia sunt aperte Doctores omnes
asserentes existente statuto excludente feminas à majora-
tus propter masculos, succedere monasterium ex persona
profelli exclusi feminis, ut in tertia rationi ponderavi-
mus. Eiusdem sententia sunt clarè Gama, & Barboza
quatenus, ut proxime diximus, in ordine conservandi fami-
liam colligit, non excludi monasterium à successione tem-
poraria vite monachi, sed à successione perpetua. Eiusdem
sententia est Barozus cap. in presentia, num. 554. de monach. ubi
optime distinguit inter successione perpetuam, & tempora-
riam, dicens conservandam familiam non excluderemona-
sterium à successione temporanea: atque clarus id dicit Cal-

448

das de nominat. emphy. quast. 6. num. 13. in fin. ubi postquam
dicit, non dixerat se aliquando ductum illo Decii consilio
fuisse monasterium non succedere in maioratum, quando
fuit vocata familia, concludit num. 13. in fin. hoc pro-
cedere respectu successione, quæ ad monasterium minime
transit, at transit quod interduarium, dum vixerit mona-
chus. Idem sentit Cabello in decis. Senatus Lusitan. p. 1. de-
cis. 133. num. 9. dicens successorem tunc monasterium vi-
venti illo monacho: adicque hanc rationem, quod tunc
non extinguitur conservatio familiarum intenta à testatore,
sed conservetur per sequentes in gradu, qui eo monacho
defuncto successuri sunt. Idem tenet Ovallos quast. suis
communiis qu. 133. nu. 7. & solim limitat nu. 17. quando
adiecit testator, velle ea bona excludi monasterio per-
manere in familia: Idem tenere celeberrimi quidam iu-
ristæ, & controversia hac multis agitata, ut refert Man-
tica de consuet. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 25. in fine.
Idem tenet Manuel quast. regul. tom. 2. qu. 78. art. 12. post
solutionem ad 6. argum. vult, neque etiam.

19 Posterior sententia (cui tamquam probabiliori accedo)
est prior sit probabilis, sustinet tunc non succedere mona-
sterium, sed statim post professionem succedere sequentem
vocatum. Ducor, quod non excludatur monasterium, eo
quod non reperitur agnatus, nec conservet agnationem,
nec eo quod sit incapax, & pro mortuo habeatur, sed quia
non est talis agnatus, per quem possit iuxta testatoris inten-
tum in ea institutione familia conservari: quare jus agnatio-
nis à monacho retentum est quo ad legitimam successione,
à qua non potest excludi, non autem quo ad voluntariam,
à qua censetur exclusus, eo quod testator voluerit propice-
re conservatio agnationis, & familiarum: ut in simili respon-
dit Ayman. consil. 898. n. 17. sicut etiam reperitur ab hoc fi-
deicommissi femina, quamvis agnata sit, eo quod non est
talis agnata, ut per illam familiam conservari possit l. pronun-
ciatio in fin. ff. de verbor. signific. & tamen simplex fideicom-
missum agnationis, aut familiarum relictum admittitur abique
dubio, i. volunt. ff. de fideicommissi. l. ult. C. de verbor. signific.
Et confirmatur, quia, cum monachus nec momento libi ac-
quirat, sed statim bona transcat in monasterium, bona illa
succedente monasterio non conservabuntur in familia, pro-
ut testator voluit. Secundo, qui ait gravatus restituere post
mortem deportet, & si publicentur eius bona, succedat
in ea filius, dum is naturaliter vivit, l. Statius Florus. §. Cornelio Falcio, ff. de iur. iur. c. l. ex factis, §. ex factis ff. ad
Trebell. at hoc deficit, quando testator prohibuit ea bona,
alienari extra familiam, tunc enim exclusio filio, utpotè qui
non est de familia, succedet sequens vocatus ex familia, ut
per l. imperator, in princ. iuncta doctrina Barr. ibi num. unico,
ff. de fideicommissi. libent. tradunt Alex. consil. 22. a nu. 7. usque
ad fin. volum. 1. Gregor. Lopez l. final. verb. tanto tempo, tit. 5.
maiestatis, ut optime quod non est ex testatoris familia tempo-
ris vite monachi, sed à die professionis succedit sequens vo-
catus ex familia. Quæ sicut monasterium succedit in omnia
profecti jura, ita filius in omnia deportati. Tertio, quia
Decius consil. 259. n. 2. c. 3. volum. 2. expressè locutus est de
successione temporanea, loquitur enim de fideicommissi re-
stituendo substituto, ut perierit in familia, quod fidei-
commissum inducit maioratum. Nam ut optime ait Molina
aliis citatis lib. 1. de primogen. c. 5. n. 28. hoc dicit inter fidei-
commissum familiarum relictum absolute, & inter ipsum & re-
lictum, ut in familia conservetur. Nam priori modo reli-
ctum non inducit maioratum, sed tantum inducit, ut pro-
ximiores ad id admittantur, & eis admisis expirat fideicom-
missum: posteriori modo relictum inducit maioratum. Cum
ergo loquitur de maioratu, & dicat monasterium non succedere,
sed eo excluso substitutum admitti, non loquitur
de perpetua monasterii successione, sed de temporanea; &
ideo optime Flores de Menz Addition. ad decis. 6. Gama n. 3.
reprehendit eam Gama, & Barboza expositionem, ut loquitur
Decius de successione perpetua, quam num. praeced. retu-
limus, quia, inquit, non frivolum, & indubitatum dixit
est, cum lippis, & tonstribus constat, nunquam posse mo-
nasterium in bona maioratus perpetuo succedere. Atque ita
ultra Doctores allegandis intellexit Molina hoc consilium lib.
1. de primogen. c. 13. n. 91. & 94. quæ Decii doctrina est ab om-
nibus ferè recepta, ut referemus cap. sequenti. Atque ita
concluditur, Decium & omnes illos Doctores eius doctrinam
sequutos, ibi referendos, esse huius sententia. Quod adhuc
expressè videtur tenere Padilla l. cum acutissimi n. 44. C. de
fideicommissi. c. Gutierrez. quast. canonice lib. 1. c. 32. n. 29. in
init. ubi dicens non succedere monasterium in casu c. in
presentia, de probat. quando ex evidentiis concluditur deducit
contraria testatoris intentio, subdit hæc: Erit autem
evidens conclusura, si testator agnationis, nominis sui in hoc fi-
deicommissi relicto, iam enim ab huius fideicommissi successio-
ne monasterium videtur exclusio, ad quæ si primogenitus, vel ma-
joratus desiderat, proferat interibis nomen, atque memoria testa-
toris. Eiusdem sententia videtur Covar. 1. variat. c. 19. n.
11. in initio c. item Gutierrez. eadem c. 32. n. 30. in 2. edit. Al-
varad. de consuetudine mente defuncti lib. 2. c. 3. in initio n. 2.
in fin. ubi dicens valde conditionem, ne maioratus ad mo-
nachos deveniant, subdit rationem his verbis: Quia non in

Epistola Tb. Sanchez. Pars III.

odium religio, sed in familia conservandam sit, non bona extra
familiam alienentur, & quia similes institutiones primogenitorum,
ipsaque primogenia minime conveniunt monachis. Ecce quam
clare dicunt primogenia instituta in familia conservandam
non convenire monachis, utpotè qui tales agnati non sunt,
in quibus familia, & agnatio conservari possint. Eiusdem
sententia, quamvis anceps, clarè videtur Molina lib. 1. de
primogen. c. 13. n. 91. ubi hæc ait: Ex monachi successione per tem-
pus vite sua, memoria institutoris penitus supprimitur, atque ab-
oletur, nec nomen, nec arma institutoris, nec eius familia, ac
majoratus ornamenta eo tempore videtur, nec apparet, ideoque
non est conservandam, institutorum, quæ ex familia conservandam
motus sunt ad primogenitum institutum, volentes accere vocationem,
ex qua eius memoria supprimitur, c. n. 92. ubi ait, monachum
non esse talem cognatum, ut possit memoriam familiam aut
agnationem conservare, aut arma deferre: & n. 95. conclu-
dit, in maioribus Hispania, qui in familiarum, ac memo-
rie conservandam versantur, & quorum vocationibus mona-
chorum successio repugnat, atque nominis, & armorum præ-
ceptum successibus in iunctum est, non abique difficultate
esse, posse monachum succedere, propter contrariam insti-
tutorum voluntatem præsumptam; atque ideo ait fore delibe-
randum, cum casus occurrerit. Atque id non esse abique
difficultate ait quoque Alvarad. de consuetudine mente defuncti
lib. 2. c. 3. in princ. n. 4. in fine, immo eodem n. 4. verb. restit
quidem, expressè ait monachum non succedere in huiusmodi
majoratus, etiam iurisdictione careant. Et ejusdem sententia
est clarè allegans Angelum Socinus junior consil. 1. n. 65. vol-
unt. 1. ubi ait, stante statuto excludente feminas propter
maculos, eas non excludi, si masculus sit monachus. Quod
non alia ratione subditur potest, nisi quia tunc maioratus
censetur institutus ab familia conservandam, ut num. præ-
ced. probavimus. Et tandem in propriis terminis tenet hæc
sententiam Barozus in suis quast. tom. 9. 24. Barozus consil. 27. n.
9. vol. 3. Barboza consil. 12. n. 1. vol. 1. Eiusdem consil. 109. n.
14. vol. 1. quæ autem Ludovicus Zanutius in consilio pro voce 4.
896. ut cum refert Molina lib. 1. de primogen. c. 13. n. 49. Me-
nachus de praesump. lib. 4. praesump. 83. n. 45. verb. hoc iure ca-
sus, c. præsumpt. 83. n. 5. Mantica de consuet. ult. volunt. lib. 8.
tit. 12. a n. 25. usque ad 29. dicens non habet esse late multis
diebus disputatum & hanc partem sustulisse Tiborium Decianum
suum magistram, & alios multos præstantissimos iurif-
peritos, & magis placuisse sacro collegio, paucis Doctoribus
exceptis. Et ait non obfure huius decisionis rescriptum Cle-
ment. IV. indulgens fratibus Dominicis, ut perinde pos-
sint succedere, ac si in seculo permanissent. Quia id rescrip-
tum intelligendum est de successione legitima, & etiam de
testamentaria, cui præsumpta testatoris voluntas non con-
tradicit, ut contingit in hoc casu. Eandem sententiam tenent
Peregrin. de fideicommissi. art. 28. n. 82. Tapia aurb. in-
gressi verb. sua c. 16. n. 10. C. de sacrosanct. Eccles. Flor. de Me-
na Addition. ad Gamam decis. 6. num. 2. concl. 4. c. 6. c. lib. 1.
volunt. qu. 16. §. 2. n. 2. Avend. tom. 1. in fin. moral. lib. 12. c. 8.
n. 8. in fine. Nec obstant in contrarium adducta num. præced.
Nam ad primum constat ex dictis in prima ratione nostræ
sententia. Ad secundum dic, præsumptam testatoris inten-
tionem esse in huiusmodi institutione, ut continuè, ac pepete-
tuè memoria sua familia conservetur, quod ceisat, dum
majoratus possidetur à monasterio, ut probavimus. Ad ter-
tium neganda est ea doctrina, ut proxime diximus ex Socino
juniori. Ad ultimum, jam probavimus eam expositionem esse
rejecendam.

20 Hæc autem sententia est in eo solo casu accipienda,
in quo testator potest excludere à maioratus successione de-
scendentem monachum, quem casum n. 6. explicuimus.
Quippe cum exclusio innaturat præsumptus illius volun-
tatis, tantum potest habere locum, quando id ex testatoris
voluntate pendet.

21 Non tamen excluderetur monachus à fideicommissi
simpliciter familiarum, aut agnatis relicto. Quia tunc non tra-
ditur de familiarum, aut agnationis conservandam: monachus
autem familiarum, & agnationem retinet, ut diximus n. 28.
in prima ratione. Atque ita docent Ayman. consil. 152. n. 2.
Mantica de consuet. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 25. c. 27.

22 Hinc deducitur primò, quid in ea questione dicen-
dam sit, an quando maioratus instituitur petit arma, &
nomen suum à successoribus observari, succedat monaste-
rium succedendi capax in cum maioratum? Manuel quast.
regular. tom. 2. qu. 78. art. 13. partem affirmantem tuerit,
dicens sic apud Senatorem regium Pincianum sententia deci-
sum esse. Ducitur, quod ea conditio possit optime à mo-
nacho observari, cum appellari valeat nomine institutoris,
& in sigillo, ac principalibus maioratus latoribus arma sculp-
ta retinere. Secundo, quia ex solo armorum, & nomi-
nis delationis præcepto in primogenis apponito, non de-
ducitur agnationis conservandam conjectura, ita ut femi-
na propter masculos remotioris lineæ, & gradus à majora-
tus successione sit excludenda; ut cum aliis probat Mo-
lina lib. 3. de primogen. c. 5. in fine c. lib. 2. c. 14. n. 9. Po-
test insuper probari rationibus adductis n. 17. & hæc sen-
tentia est probabilis.

23 At mihi probabilis est, tunc monachos excludi
Ducor, quod ea conditio à monachis impleri nequeat eo
modo honorifico, ac eo splendore, quem institutor in-
tendit, ut optime ostendit Molina lib. 1. de primogen. c. 13.
n. 91.

§. 91. 93. & 93. quia multi, nec penitentes auctores, inter quos est Bar. tract. de infignibus, & armis n. 10. quos refert Molina eo lib. 2. cap. 14. n. 3. sustinent, eo precepto induci consuetudinem conservandi agnationem, & familiam, adeo ut ex illo censetur feminæ proximiores excludi propter masculos; & sustinet hanc partem Mantica alios referens de conj. ult. volunt. lib. 6. tit. 15. n. 15. & quamvis ipse Molina contradicat n. 9. ubi ait non induci ad effectum excludendi feminas propter masculos remotiores. Quia sequitur, inquit, a feminis, ac a masculis ex Hispaniæ consuetudine id gravamen impleri valet. Ergo sentit eam consuetudinem induci ad excludendos monachos, qui eius conditionem implenda sunt semper incapaces, ut ipse probat art. 13. n. 91. & 95. Et confirmatur, quia melius possunt armæ, & nomen conservare feminæ seculares, quam masculi religiosi: ergo illi, qui ob ineptitudinem hæc conservandi excludunt a successione feminas, fortius excludunt religiosos. Tandem, quia dictum gravamen esse precise observandum multis auctoribus allegatis tradit Molina eo c. 14. n. 10. quod fit injunctum in memoriam, & honorem fundatoris, l. cum filiusfamilias §. pater ff. de legat. 2. ibi, in bonorum nominis, & l. legatum ff. de usufructu, ibi, conservanda memoria, & dignitas §. lib. 3. §. regula ff. de jur. & facti ignorant. ibi, gloriam representet §. l. hoc iure ff. de donat. ibi, si de honore aliquem præsentiatur, tenetur §. l. Titio §. fin. ff. de iure, & arg. legat. ibi, subscriptionis nominis met. Possunt præterea adduci omnes rationes adductæ n. 99. & omnes Doctores ibi allegati, cum in hoc eventu intendatur familia, & agnationis conservatio, quavis non ad excludendas feminas. Et hæc sententiam clarè videtur tenere Molina lib. 1. de primog. c. 13. n. 91. & 93. quamvis n. 95. dubitet; & eam sustinet Barrios in suis quest. tom. 2. cap. 24. Dapia auct. ingressi verb. sua c. 16. n. 0. C. de sacrosanct. Eccles. Flor. de Meno lib. 1. variat. c. 16. §. 2. n. 3. & Addition. ad Gamam decis. 6. n. 9. concl. 4. §. 6. & sic sententia pronuntiata est his proximis diebus in hoc regio prætorio Granatensi. Quid quidem intelligendum est, quando majoratus est talis, a quo potest excludi religiosus: sicut n. 20. diximus.

24. Secundo deducitur, nec monasterium succedere ex persona monachi in majoratum, a quo sunt perpetuo excludenda feminæ: quod tenet Flores de Meno utroque loco, quem nunc præced. allegavi. Atque intelligendum est eum eadem limitatione, quam dixi nunc. præced. in fine. Consulto autem dixi, quando tempore excluditur femina, quia ex ea perpetua exclusio intelligitur est, agnationis conservande rationem haberi. Quod secus contingit, quando non tempore excluditur femina; tunc enim non censetur habita agnationis ratio, sed sola prælatio masculis tributa, ut optime cum alijs docent Molina lib. 3. de primog. c. 5. n. 50. Mantica de conj. ult. volunt. lib. 6. tit. 15. n. 8. & 9. Quare non esset hæc conjectura exclusionis monachi, sed ille succederet, nisi alia conjectura exclusionem luens concurreret.

25. Tertio deduci videtur, monachum in nullum majoratum Hispanum succellurum; quippe ii majoratus in familiarum, & memoria conservacione versantur, ut ait Molina lib. 1. de primog. c. 13. n. 95. Et ita satis clarè videtur tenere ibi hæc sententiam, & eandem eo allegato tenent Acor. tom. 1. in fit. moral. lib. 12. c. 8. §. 3. in fin. & Flores de Meno lib. 1. variat. q. 16. §. 2. n. 4. limitans quando est majoratus a perionis nobilibus institutus. Immo ideo etiam deducere quis poterit, in nullum majoratum succedere monachos, quippe potissimum majoratum omnium finis est conservatio dignitatis familiaris, & memoris testatoris, ut allegatis Socino, Pariso, & Tiraquello tenet Molina lib. 1. de primog. c. 11. n. 3. atque insinuat primogenium est conjectura, voluisse instituentem bona conservari in sua familia; ut allegatis Pariso, Manobio, & Hieronymo Gabriele tradit Mantica de conj. ult. volunt. lib. 6. tit. 15. in fine. Cæterum neutrum credo, sed existimo, ubi aliæ conjecturæ exclusionis monachi non concurrunt, successurum monachum in majoratus Hispaniæ, & alios carentes jurisdictione, ut diximus n. 16. quia licet potissimum finis sit conservare bona in familia, illiusque splendorem: at eum non inde deducatur rationem conservandæ agnationis habitum, nec eam solum fuisse rationem, nec addatur aliquid excludens feminas, nec aliquid monachi statui repugnans, non existimo esse evidentem hujus exclusionis conjecturam, eum tamen ad hanc exclusionem certissimè voluntatis testatoris conjecturæ desideratur; ut optime tradit Covar. 1. variat. c. 15. n. 11. valida l. cum acquisivisti n. 40. C. de fideicommissis, & multi alii.

26. Erit autem conjectura exclusionis monachorum, si majoratus institutor habeat tunc filium monachum, atque eum non instituit, sed filias, aut alios consanguineos, quia tunc verisimile est remotiores monachos eum excludere voluisse. Si loquens de filio clerico non instituto tenet Meres de majoratu, in priori edit. p. 2. §. 3. n. 40. Quid quidem intelligere rem veram, quando nulla alia eius præteritionis conjectura capi possit, ut rancoris alicujus erga illum filium, aut singularis affectionis ad filiam, &c. intellige etiam cum limitatione tradita n. 23. in fine.

27. Ultimo deducitur, quoties monasterium nequit in majoratum succedere ex persona filii legitimi proles, quod petat agnationis conservacionem, aut nominis, & armorum delationem, aut ob quascumque alias causas, non præ-

ferri monasterium filio naturali succedendi in majoratum; sed ubi monasterium habeat jus succedendi in illum, Ratio est, quia, cum in priori causa careat omni succedendi jure, nullum vocatum excludere potest, secus in posteriori casu, cum tunc habeat idem jus, quo professus ille in saeculo existeret potiretur. Atque ita docet Flor. de Meno lib. 1. variat. c. 16. §. 2. n. 9.

28. Utrum autem, quando monasterium habeat jus succedendi in majoratum, succedat in illum, quando is professus restatus fuerat ante professionem, diximus supra. Quod si ad aliud monasterium legitime transeat, videtur dicendum transire quoque majoratum cum illo, & si illud posterius fit ordine Minorum, eius professionem transire ad sequentem vocatum, sicut diximus hoc libro c. 13. n. 62. de usufructu monachi. Quia majoratus possessor est veluti usufructuarius illorum bonorum. Insuper, quia majoratus temporaliter acquisitus fuit priori monasterio, dum hic monachus erat in illo, translatuque, posterius monasterium acquirit, vel si ipse ad saeculum rediret, seu dispensatione Pontificis ad religionem equitum Divi Joannis transmigraret, recuperaret majoratum, qui cum habeat transfusus successum, censetur ac legatum annuum, ad quod recuperandum quolibet anno nascitur nova actio. Nam plura, & diversa legata reputantur, argum. l. cum novissimis, §. in his C. de præscript. 30. vel 40. annorum; & quia majoratus assimilatur ultimis voluntatibus, potest dici tota esse legata, quod sunt anni l. Stichum ff. de verb. obligat. l. cum in annis ff. de annis legatis; & ita cum singulis annis nova actio laboratur, sufficit, quo ad hodie capax sit, etiam antea non fuerit; & similiter de monasterio. At dicendum est non transire, nec extingui professionem sequuta in monasterio incapax, sed adhuc perseverare in priori monasterio usque ad mortem naturalem illius professi, sicut diximus de juratationibus hoc libro c. 14. §. 9. & ob eandem rationem: quia possessor majoratus non est, ne usufructuarius, sed est ipse dominus illorum bonorum, cum onere restituendi post mortem naturalem, ut latè multis citatis probat Molina lib. 1. de primog. c. 19. n. 4. & inde probari potest ultra rationes per ipsum allegatas; quia si usufructuarius ante fructus collectos decederet, in omnino periret ad proprietarium, l. in singulis, §. in fine ff. de annu. legat. At si fructus rerum majoratus nondum percepti dividuntur inter hæredes possessoris, & sequentem successorem prærata, ut latè cum multis probat Molina lib. 3. de primog. c. 17. n. 11. & latius Ludovicus de Confarante conf. 28. nu. 26. vel. 1. Tandem concludo, non posse majoratum considerari ut legatum annuum, sed esse unicuique jus, quod momento acquiritur irrevocabiliter: semel enim nascitur jus, quod nunquam interit, & ita licet postea alia oriatur hæres, qui in majoratum erat successurus, si is, qui possidet, non successisset, non præcipit successorem possidentem, & ita non obstat, ut postquam monasterium prius, seu quisvis alius in majoratum successit, quod transeat ad monasterium capax instituti hæres, five ipse monachus capax efficiatur, quod latè probat Molina lib. 3. de primog. c. 10. per totum, ubi potest videri.

29. Quinto dubitatur, an casu, quo monasterium habeat jus succedendi in majoratum, succedat, quando professus ille renunciat antea hæreditati, nulla facta majoratus mentione. Et dicendum est non includi majoratum in renunciatione. Atque ita latè probans tenet Manual quest. regul. tom. 2. q. 78. art. ult. Atque idem probavimus supra, etiam esse generalis renunciationis hæreditatis, & bonorum. Quod si esset cujuscumque juris præsentis, & futuri, supra diximus, quid exigeret, ut ea renunciatio valeat, & an comprehendat jus de futuro nova causa supervenientis.

30. Ultimo dubitatur, an casu, quo monachus professus in religione succedendi capax nequit in majoratum succedere, aut quia est expressa institutoris voluntas, qui excludit a successione monachos, non explicans, aliquid amplius, aut quia est præsumpta excludendi voluntas, quavis est, cum majoratus habeat jurisdictionem annexam: vel cum intenditur in illo agnationis conservatio, aut defensionis arma, & nomen, & in alijs casibus hæcenus explicatis, an si ante professionem ille successerat in illum majoratum, excludatur, eo ipso quod profuturus, & transeat in sequentem vocatum? Ratio dubitandi est, quia cum longe difficilior sit rem legitime acquisitam deperdi, quam de novo acquisitionem impediri, & ob id multa de novo acquiri nequeant, quæ tamen semel acquisita non auferuntur, ut ex se constat, ac multa ad id probandum cumulat Meres de majoratu, in priori edition. 2. part. quest. 3. num. 33. & notant Doctores leg. patre suriso §. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, ex eo quod interdictum monachus successio in eum majoratum, non rectè inferitur, nec potest esse privandum legitime acquisito tempore habili, ac privans jure acquisito; & cum res hæc odiosa sit, ac vitanda. Insuper secundo idem aperte probat l. final. ff. de usufructu patris petiti, §. finem suum mutavit, ubi dicitur, si quis id, quod acquisivisti, revertat; & ideo Baldus l. ff. de matre, num. 2. C. de iuris, & legit. hæredib. quem sequuntur, & commendant Eusebio, Inol. Arrius, l. hæres per servum, ff. de acquir. hæred. Jaco. d. l. patre suriso, num. 11. Contra in suis memorialibus, verò, statuto Mediolanensi, Clemens singulari

128. dicit statuto Mediolanensi, ut mulier extra id territorium nabens non succedat Mediolani, non ligari mulierem, quæ post legitimam successorem nuptæ extra, quod id statuto debet intelligi in acquirendis, & non in jam acquisitis. Et ratio fundamentalis hujus doctrinæ est, quia factus effectus in esse iure productus, & confirmatus non cessat celante causa, ita est per supervenientem causam cessat ratio, quæ successorem futurum sustinebat, non infrumta successorem in esse productam, & que plenum, & consummatum effectum est sortita. Tertio, & expressè Stat. me. 2. parte 1. ubi per totam probat, sic dicens decidisse Senatui Lulitanam, succedentem in majoratum habentem clausulam, ut possessor illius non habeat alium majoratum nullum amittere, si tempore successione alio carebat quamvis postea in alium succedat non habentem prædictam clausulam, immititurque huic fundamento, quod tempore successione habili fuisset, & ideo ob causam supervenientem jure acquisito privati minime debeat: ergo similiter dicendum est in casu nostro. Quarto, & si semel tunc adesse tempore per verbum requiritur, & si semel tunc adesse fuerit, non vitatur actus, eo quod postea qualitas illa adesse, l. sciendum, §. final. ff. qui testatorem exantur, ubi semel executus a cautione, quod certi iudicii immobili possideret, licet durante iudicio alienaverit, non cogitur denovo fatidare, cum tamen qualitas initio requisita defuerit postea facta, & voluntate perone, in qua exigebatur, Et ita in simili tenent multi Doctores, quavis enim causæ ecclesiasticæ committi nequeant, nisi personam in dignitate constituta, vel canonicis, & sanctum §. sanctus, in fine, ubi dicitur, canonici, communiter a scribentibus recepta, & est similis casus in o. cæcus, ff. de iudicis, ubi deciditur eorum non posse creari iudicem, at ob cæcitatem supervenientem eo munere non privari. Similiter multi tradunt, primogenium Regis furiosum esse successione regni incapax, at eo non privari, si post successorem in furiam incidit. Similiter beneficium, irregulari, & suspensus incapaces sunt beneficii acquirendi, at hæc censura supervenientes non privat beneficio legitime acquisito, ut constat ex c. propositi de clerico excommunicato, & potest videri in Covar. c. alma mater, 1. p. §. 3. num. 2. & Clemens, si furiosus, de homicidio 2. p. §. 3. num. 6. cum tamen factus, & culpa possessoris amittitur qualitas initio requisita. Quinto, quando alicui quis queritur ex alicujus causæ existentia, non est eo jure privandus, licet causa defecerit, l. post mortem §. ff. de bonorum possessione contrahendis. Unde fit, ut in primogeniis in qua existente viro femina succedere nequit, si tempore successione illa femina extaret, non excluderetur per virum postea conceptum, a quo existente successione tempore excludenda erat, ut ex pluribus resolvit Molina lib. 3. de pri. hogeniis c. 10. num. 12. & 13. Tandem, cum attentio jure nec clerici, nec religiosi excludantur a majoratus successione, clausula illos excludens tanquam juris correctoria, & odiosa est restringenda. Ergo, cum tamen excludat religiosus a successione, non est extendenda ad eos, qui dum non essent religiosi, legitime successerunt, eo quod postea religiosi fuerint. Sed hic casus tanquam a testatore omissus, est dispositio juris communis relinquendus l. commotissimè ff. de liberis, & posthumis, §. 3.

31. Cæterum existimo statim a die professionis transire majoratum ad sequentem successorem. Primo, quod hæc fit ex expressa, aut tacita voluntas institutoris, dum per clausulam expressam excludit monachos, aut excludit, colligitur ex tacita eius voluntate. Quippe intendit, ne majoratus ad monasterium perveniat; at a tempore professionis pervenire debet; ergo intendit, ut etiam majoratus legitime acquisitus tunc deperdat, & ad sequentem in gradu perveniat. Quod quidem posse statueri, & non tantum, ut non succedat, probavimus num. 6. Secundo, quia, ut optime consideravit Molina lib. 1. de primogen. c. 13. num. 93. & sequentibus cum monachus nequeat exercere jurisdictionem majoratus annexam, nec memoriam familiæ, & agnationem conservare, nec arma institutoris deferre, mors illa civilis per professionem inducitur æquiparatur naturali quo ad hoc, ut succedere debeat sequens in gradu, ac si monachus naturaliter mortuus fuisset, ex regula communiter tradita, ut mors civilis æquiparetur naturali, quando in casu, de quo agitur, ex negotii qualitate est ejusdem effectus, cujus effectus mortis naturalis: Sed istille naturaliter mortuus esset, amitteret majoratum, & succederet sequens vocatus: ergo idem servandum est in hac morte civili. Atque ideo ex hac ratione Molina aperte colligitur eum esse hujus sententiæ, quavis non expressè loquatur de majoratu antea legitime acquisito. Quippe ejus ratio, & præteritio utriusque mortis utrumque æquè probat. Atque idem tenent alii Molina Societatis JESU tomo 3. de iust. disp. 623. num. 3. Manual 9. regular. tomo 2. q. 78. ar. 12. col. 4. vers. 5. certum est; ubi dicunt, quando religiosus excluderetur ex prima institutione a successione in majoratum, transire a professionis tempore majoratum in sequentem vocatum, nec in illum succedere monasterium. Et Alvario, auct. ingressi num. 31. C. de sacro. Eccles. Greg. Lop. l. 2. verb. stando bene, tit. 15. paritè 2. dicunt novitium succedere in quemcumque majoratum quemcumque jurisdictione, etiam regia

prædictum, aut statim amittere per professionem. Nec obstant in contrarium adducta: nam ad primum, & securum respondetur, doctrinam illam, ut actus perfectus non revocetur ex impedimento supervenienti, vel ut alii dicunt non revocetur, est perniciosa ad casum, a quo incipere non potuit, procedere, nisi ex expressa, aut præsumpta dispositionis voluntate colligatur ejus mentem elset, ut revocetur non solum ex inhabilitate præcedenti, sed etiam ex subiequenti: quia tunc etiam post actum perfectum revocatur, ut constat ex l. si unquam, C. de revocand. donat. ubi deciditur bona donatione liberis claritè a patrono non habente liberos, illis natis redire in donatoris arbitrio, ditioneque mansura. Et similis casus habetur l. tale patrum final. ff. de patris, & ita tradunt Arrius, l. ex patris, num. 8. vers. præterea, in fine, & vers. sed quando actus irritatur §. de vulgari, & ibi Jaso. num. 17. Bart. Securus conf. 226. num. 6. vers. sed ista responsio volum. 2. Ex quo fit, ut filius primogenitus, qui in feudum successerat, si postea fiat clericus, excludatur per secundo genitum, quod juxta feudi naturam clericus excludatur c. qui clericus, si de fructu fuerit controversia, & ibi notavit Assisi, num. 1. & alios allegans Caldas l. ff. curatorum, verb. minoribus, num. 32. C. de in integr. rest. Insuper ea doctrina præcedit, quando causa effectus jam consummatus est, ut Jurisperiti loquuntur) causa solum hendi, non tamen elsendi, seu a qua pendet effectus non tantum in fieri, sed etiam in conservari, ea cessante cessabit effectus, quantumcumque consummatus, ut optime tradunt Monachus in prologo c. decreti, Baldus c. viti Christi num. 7. de juratando, Tiraquell. cessante causa, limitatione 12. num. 13. At in nostro casu non ita evenit, ut ex dictis liquet. Ad tertium dico, non esse standum decisioni Senatui Lusitani, ut bene docet Flor. de incho. addit. ultima ad cam decisionem. Et ratio est, quia, eo ipso quod prior majoratus ratione clausula sibi adjunctæ est incomparabilis cum quocumque posteriori, est subinde quicumque posterior, quamvis prædicta clausula carens, incompatibilis cum illo: cum enim incompatible sit relativum, stare non potest abique alio extremo, at incompatibilis, cum sint contraria, non possunt simul stare, ut ex Baldo probat Molina lib. 2. de primog. c. 14. num. 27. atque ideo ibi num. 26. indistinctè dicit, nullum succedere posse in duplicem majoratum, quorum alter petiit sola institutoris arma deferri, alter autem petiit arma institutoris deferri, nullis aliis armis exclusis, nisi tamen communiter non accidat successio simulata in utrumque majoratum, & alter solus clausulam excludentem habeat. Ad quartum, & quantum respondetur eodem modo, quo ad primum, & secundum respondentum. Quippe hæc doctrina verum habent in causa, a qua non pendet effectus in fieri, & conservari, sed quæ est sola hendi causa, non tamen elsendi. Ad ultimum dico, eam clausulam extensionem colligi ex tacita institutoris voluntate, ut probavimus num. præced.

S U M M A R I U M.

- An monasterium succedat in feudum, vel ita perdat per ingressum, ut novitius exiens non recuperet; referat duplex sententia, nu. 32. & 33.
- Novitius, & solo voto ingrediendi religionem adhibiti, succedunt in feudum, num. 34.
- Quid de professis in religione incapaci, aut qui in Societate JESU vota coarctatorum formatorem, aut biennii curare? num. 35.
- Explicatur in quale feudum possit succedere monasterium? num. 36.
- Explicatur, quando servitium in feudo patrum possit per alium exhiberi, nec censetur electa industria persona, numero 37.
- An semper succedat monasterium in feudum summi concessum? num. 38.
- An succedat monasterium in capellis, quas Lusitani vocant? num. 39.
- An succedat in feudum habens clausulam excludentem monasterium? num. 40.
- An illud succedat, etiam si juramentum fidelitatis præstandum sit? num. 41.
- An in illud succedat, etiam si habeat Regnum, Ducatum, aut aliam quemcumque jurisdictionem annexam? num. 42.
- An quando succedit in feudum, duret sola monachi vita? num. 43.
- An in illud succedat, quando feudum perit servitium incertum? num. 44.
- Quid quando est datum pro se, & filii, vel hæredibus? n. 45.
- Quando feudum non transit ad monasterium, vel cessat vita monachi, an revertatur ad dominum directum? num. 46.
- An miles commendatarius, qui matrimonium inveniit, succedat in feudum? n. 47.
- Quid de commendatariis Duci Joannis? referat quædam sententia, nu. 48.
- Sententia Aulicorum, num. 49.
- An hi succedant in majoratum? nu. 50.

